
3879


IR


3879.
R. 13. 4t.

Carmen Fvnebre
In Obitvm
Fridericij Barnecouij.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)

DA BOX

= L.N. 483

M



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)

CARMEN FVNEBRE

IN OBITVM NOBILISSIMI IVVE-nis Fridericj Barnecouij Ioannis Barnecouij filij: qui cum vixißet Annos XIX: mensem I. & dies VI. Hafniæ, non sine maximo suorum omnium luctu in CHRISTO placidè obdormiuit Anno M. D. lxx. VIII. Idus Sept:

autore

R. B. H.



HAFNIÆ,
Excudebat Laurentius Benedictus.
1570.

3879

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)

Rob dolor vt marcent errantia lumina, sudor
Vt gelidus frontem perfluit atq; genas,
Lurida tinguntur pallentj labra colore,
Stridulus horrentj vix venit ore sonus.
Heu mihi iam iam animam singultibus efflat anhelis,
Hanc clemens manibus suscipe CHriste tuis.
Inte quanquam acri vexata dolore recumbit,
Ad te corporea mole soluta volet.
O mors: Sed placida tanquam resoluta quiete
Membra iacent, superum mens petit alta polum.
Ergo nos adeo tristes Friderice relinquis?
Spes Barnecouiæ maxima gentis abis?
Quid faciam? lachrimis exauguéne corpus obortis,
Quæ sint mestitiæ signa notanda, rigem?
Aut vitæ egregias laudes, mortemq; beatam
Decantem, ingenij non mediocris opus?
Fletibus hunc claro depellere coner olympo,
Mutet vt innumeris gaudia tanta malis?
Laudibus hunc meritis clarum super æthera tollam?
Quî tantum ingenium debile portet onus?
Cur mihi non, veluti rapido fremit agmine torrens,
Tristia commoto pectore verba ruunt?
Cur mea non veluti tonitru vox insonat ingens,
Quæ referat quanto corda dolore gemant?
Siccine tam suaui Basileæ affata loquela
Me primum, o cordi consona lingua taces?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)

Siccine quæ profugum aſpectu excepere ſereno,
Perpetuis tenebris lumina preſſa latent?
Heu mihi quam variè ſubitas mutamur in horas,
Qualis es hoc, illo tempore qualis eras?
O vtinam cœlo rediuina in membra rediret
Mens quæ corporeæ dux modo molis erat.
Sciret quanta ſui ſit facta acceſſio amori,
Sciret vt extremo creuerit ille rogo.
Illa hærent imis penitus penituſq; medullis,
Quæ tua langueſcens vox mihi verba tulit.
Cum triſti haud poſſes attollere membra cubili,
Teq; vlnis ferrem pondera grata meis
Gratia iam ſatis eſt ſatis eſt mihi magna relata,
Dicebas, meritis amplior atq; meis.
Ecce vt contritum placidis amplecteris vlnis
Corpus, plumoſo reſtituiſq; toro.
Si deus inualido dederit mihi ſurgere lecto,
Non potero officij non meminiſſe tui:
Si tamen æthereas mea mens reuocetur ad arces,
Tempus vt exactum tranſilijſſe nefas,
Corde elapſa mihi irato obliuiſcere verba,
Nam tibi (quod noſti) verbera nulla dedi.
Languida finieras mixtis ſuſpiria verbis,
Talia reſpondens corde gemente ſequor.
Menè adeo ingratum naturam effingere poſſe,
Vt menti excutiam tot bene facta meæ?

Tu patria expulso, fædéq; extrema voluto
Per mala, das vita spe meliore frui.
Tu facis exilium patria mihi dulcius ipsa,
Pieridum medio dum sinis esse choro.
Tu mihi tàntorum causa vnica totq; bonorum,
Obruat vt mentem summa referta meam.
Paruóq; vt referam tua maxima munera verbo,
Ancora post summum tu mihi sacra Deum.
Quas igitur grates cunctis ego rebus egenus,
Reddam, vix animus tot tua dona capit.
Ingenuè tantum tibi me debere fatebor,
Quantum ne propria soluere morte queam.
Iamq; ego quid tristi rapto tibi funere soluam,
Cui viuo ignauus nil nisi fucus eram.
Attamen vt potero verbis bene facta reponam,
Quæ saltem memoris symbola mentis erunt.
Sed vos qui tumulo lachrymas libatis amaras,
Queîs Iuuenis tanti spem cecidisse dolet.
Quorum animis eius probitasq; genusq; recursans
Siccatas lachrimis non sinit esse genas,
Cessate, & nimio constringite frena dolore,
Non flectunt gemitus ferrea fata pij.
Funera quin potius lætis celebrate camœnis,
In domino cum sit vita beata mori.
Hunc autem in domino requiescere quis neget vnquam,
Qui potuit medio sic in agone loqui?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)

Seu mihi viuendum fuerit, seu mortis acerbæ
Sors subeunda, Cliens sum pie Christe tuus.
Ergo me valida morientem protege dextra,
Daq; animæ vultum Posse videre tuum.
Nec pia cessauit depromere pectore dicta
Dum voci patuit claustra per arcta via.
Quin etiam postquam medijs vox faucibus hæsit,
Signa dedit tantam non perijsse fidem.
Quis cupiat mundo meliori cædere fine?
Quis deflere amens tam pia fata uelit?
Sed fuit hæc animo bonitas, candorq; benigno
In fletum quæ etiam saxea corda trahant
Ille fuit viuens solidæ bonitatis imago,
Simplex, vera tenens, candidus atq; pius.
Ille fuit musas animo veneratus honestas,
Teutonicæ poterunt quod perhibere scholæ.
Ille fuit nuper terreno corpore vinctus,
Nunc colit ætherei sydera celsa poli.

EPITAPHIVM.

SImplicitas, bonitas, pietas, animusq; rotundus
Corpus in hoc tumulo concoluêre iacens.
Tantæ igitur dotes vna periêre sepultæ?
Non non: sunt animæ vita, decusq; piæ.

Aliud

3879


ALIVD CARMEN.


Ene adeò ſuperis hæc cernere ſydera iniquis?
Mene adeò infeſto viuere poſſe polo?
Vt chari videam triſtiſſima funera fratris,
Heu fratris verè qui fuit alter ego.
Cur mihi non oculi, fiunt duo flumina, triſtes
Quæ gemitus terræ lata per arua trahant.
Scilicet hæc noſtras decerpere gaudia in ædes
Venimus, Hæc patrij munera grata ſoli
Corpora longarum defeſſa labore viarum
Sic reparas aliud mox abiturus iter.
O ignaræ hominum mentes, ô neſcia ſortis
Pectora? tune domi ſic periturus eras?
At te ſperabam paruo poſt tempore mecum
Teutonicas iterum viſere velle ſcholas.
Et voluiſſe ſcio, ſed fata hoc impia nolunt,
Ante tuum quæ te ſic rapuere diem.
Cur ego non te igitur cœlo comitabor euntem,
Qui mecum ad Muſas mox abiturus eras?
Atqui eſt in propria nobis ſtatione manendum,
Donec dux ſuperas nos velit ire domos.
Iſthic cum ſanctis, patrem gnatumq; videbo,
Sic tollat nemo, gaudia tanta mihi.
Interea donec triſti hoc verſabor in orbe,
Ante oculos ſemper tu mihi frater eris?

Martinus Barnekau Fratri
mœrens faciebat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3879 4° (LN 483)